

4: H. lit. 2748 : II, 35

H. lit. 2748

L.-B.

Wissmüller

DESIGNATIO
CANDIDATORVM

QVI

SVMOS IN THEOLOGIA HONORES

PETIERVNT

ET

DISPVATIONVM

QVAS

INAVGVRANDI CAVSSA HABVERVNT

IN ACADEMIA ALTORFINA

AB ANNO c1o1oCLXXXVII

QVO

HOS HONORES IMPERTIRI COEPIT

ORDO THEOLOGICVS

AD


HAEC VSQVE TEMPORA

CONTINVATA ET DENVO EDITA

A

CAROLO WISSMVLLERO,

DIAC. LAVRENT. ET SOCIETAT. FLORIG. AD PEGNES. ADSRIPT.



NORIMBERGAE,

IMPENSIS RAWIANIS

A. S. R. c1o1oCCCII.


<41031144270014

<41031144270014

4 H. lit. 2748(2,35

PRAEFATIO.

Venerando Theologorum ordini non statim cum fundatione academiae Altorsinae contigit fors exoptatissima, ut facultatem Doctores creandi consequeretur, qua iampridem ceteri ordines gaudebant. Varias quidem hujus rei causas inueniri poterunt, sed si uera fateri licet, praecipuum hanc potestatem incluto huic ordini concedendi obstaculum, in eo positum erat, quod Caesares, gubernacula tunc Imperii gerentes, pro genio istorum temporum, alias in rebus religionem spectantibus opiniones tolerare nefas putabant, iisque qui istarum partium signa sequebantur, et quos Haereticorum nomine quasi stigmatate notabant, eiusmodi praerogatiuas, quibus solummodo Romano-catholicae ecclesiae aedibus dignos existimabant, nequaquam attribuendas iudicauerunt. Quid mirum ergo, quod uiri ordini Theologorum adscripti tum temporis hanc injuriam indigne ferebant, et quod Fabricius, Theologus Altorsinus optime de re sacra et litteraria meritis, in oratione sua anno inaugurationis 1697 habita, iustas desuper querelas fundebat? „Quoties, inquit, hactenus, siue in festo academico, siue alio tempore, promotio Doctorum Magistrorumue haec celebrabatur, toties miseros nos Theologos tacite ingemiscere necesse erat, ac dolere impotentis atque inordinati Ordinis nostri tristitia et acerba fata: quum enim reliquae Facultates ob foecunditatem suam laetae essent hilaresque, nostra sola sterili atque infoecundae Sarae similis uidebatur, et hinc uidere cupiebamus diem illum, quo ea in meliorem transferretur statum, et probrum ab ipsa tolleretur.„ Anno nonagesimo septimo seculi decimi septimi tandem reseruatum erat, injuriam hancce reparare, quo Diuus Imperator Leopoldus I. academiae nostrae patriae, priuilegia ista ab antecessoribus



foribus suis illi tam diu denegata gratiosissime concessit. Ab isto tempore Ordo Venerabilis non infœcundus fuit, sed plures iique celeberrimi Viri ab ipso honores in Theologia summos modeste petierunt, et pro merito impetraverunt. Horum designationem ab anno supra nominato usque ad annum 1763 olim dedit beatus Riederer, uir de historia patria optime meritus, qui insuper titulos Disputationum inauguralium, quas Candidati istorum honorum publicae uentilationi subiecerunt, adiunxit, et hoc modo historiam Noricam amantibus non exiguum laetandi materiam praeiuit.

Satis iam longum temporis interuallum praeteriit, ex quo ista designatio in lucem edita est. Haud abs re alienum igitur mihi est uisum, nouam eamque auctam eius editionem exhibere, eo magis, quod exemplaria primae editionis iam fere diuendita sunt, et ceteri incluti Ordines suos completos et continuatos indices iam obtinuerunt. Qui historiam patriam amant, tali modo integrum seculum, quod a concessione huius priuilegii huc usque iam iam praeteriit, oculis, ut ita dicam, perlustrare possunt, & habent nunc etiam indicem Candidatorum Theologicorum completum et ad nostra usque tempora continuatum. Multitudo Doctorum Theologiae nouissimis temporibus creatorum non quidem exsuperat multitudinem pristinorum temporum; attamen nostra aetas istis temporibus nequiquam cedit, si ad famam et celebritatem horum Virorum spectemus. Prodeat igitur et nostra designatio in publicum, sicut sodales eius, designationes Iurium, Medicinae et Philosophiae Candidatorum puto, in publicum ire non erubuerunt, et amice cum his peregrinetur sine ira, ut optamus, ac inuidia!

Quod reliquum est, nihil magis in uotis habeo, quam ut, qui Patriae nostrae suauissimae et eius historiae fauent, etiam conatui meo faueant, ac sibi persuadeant, me ipsis a Deo optimo maximo omnem felicitatem ex animo apprecari.

Anno

Anno 1697.

1. **M. CHRISTOPHORVS WEGLEITER**, Norimbergenfis, SS. Theol. P. P. et V. D. M. Altorfinus, disputationem inauguralem in Fac. Theologica PRIMAM (ut ipse asserit in dedicatione) habuit, mense et die non adscripto, de *serpente tentatore*, ad Gen. III. 1. 2. 14. constat pl. 3 $\frac{1}{2}$.
2. **M. IOH. GEORG. PERTSCH**, Sereniff. Marchioni Brandeb. a consiliis ecclesiasticis, et Superintend. Wonsfeldiensis, disputauit inaugurandi causa, d. 28. Iunii, de *inauguralium disputationum theologicarum origine atque iure*, pl. 1 $\frac{1}{2}$.
3. **M. IOH. MICH. LANG**, Norimbergenfis, SS. Theol. Lic. Halae 1694 creatus, hactenus Pastor Vohenstrufanus in ducatu Solisbac. nunc uero uocatus SS. Theol. P. P. in Acad. Altorfina, summos in theologia honores impetrauit Altorfii d. 29 Iunii, indultu S. R. facultatis Theologicae Halensis, postquam iam 1694, d. 6 Sept. Halae, praeside D. IOH. GVIL. BAIERO de *efficacia ministerii uerbi et sacramentorum per homines malos administrati*, ad art. VIII. A. C. disputauerat pl. 3. Exstat et Praefidis eiusdemque Decani programma inuitatorium ad lectiones cursorias ad 1 Tim. 4, 1 et dissertationem inauguralem Candidati, pl. 1 $\frac{1}{2}$.
4. **M. IOH. PAVLL. HEBENSTREIT**, Sereniff. Ducis Saxo-Ienensis consiliarius consist. et in Acad. Ienensi Moralium et Politices P. P. O. disputauit d. 6 Decembr. de *forma regiminis in ecclesia*, pl. 9.

Anno 1698.

5. **M. IOH. SAVERBREY**, Hildburghufanus, Ill. Gymnasii Casimiro-Albertini Coburgensis Director et P. P. O. disputauit d. 26 Octobr. de *DEO uno et trino*, ex oraculis Romano-Paullinis, pl. 9 $\frac{1}{2}$.

Anno

Anno 1700.

6. M. ISAAC. LAVREBECCHIVS, Aboa-Succus,
disputavit d. 30 Apr.
de *descensus CHRISTI ad inferos maiestate*, pl. 3½.

Anno 1702.

7. M. RVDOLPH. MARTIN. MEELFVEHRER, Schuuobachio-Francus, fa-
cult. Philos. Witteberg. Adiunctus,
disputavit d. 21 Iunii
de *caussis synagogae errantis*, f. de *impedimentis conuersionis Iudaeorum*, pl. 4.

Anno 1704.

8. M. CHRISTOPH. LVD. HARTMANN, Rotenb. ad Tub. Francus, eccle-
siarum in patria Superintendens, Consistorialis et Scholarcha,
disputavit d. 15 Iulii,
de *oeconomia conuersionis*, ad Ierem. 31, 18. pl. 4.

Anno 1705.

9. M. ADAM. WILD, Durlaco-Marchicus, ecclesiastes in patria, et P. P. in
illustri, quod Durlaci est, Gymnasio denominatus,
disputavit d. 23 Iunii,
de *lue animarum Boehmistica*, quanto scilicet cum animarum periculo
Iac. Boehmii, futuri Gorlicensis, scripta plane fanatica uel amentur et
legantur, vel aliis ad legendum commendentur, pl. 4.

Anno 1707.

10. M. GE. GVSTAV. ZELTNER, Hiltpoltsteina-Noricus, SS. Theol. et LL.
OO. P. P. O. et ecclesiae Diaconus Altorfinae,
disputationem propugnauit
de *novis bibliorum uersionibus germanicis non temere uulgandis*, c. E.
TRILLERI et I. H. REIZII rationes potissimum sub examen uocan-
tem; cuius alteri editioni accessere uberiores annotationes, cum
IOH. WIGANDI oratione, de catechismo LVTHERI in ecclesia reti-
nendo, recusa, et A. CALOVII iudicio de uersione noua bibliorum
Helmstadiensi, ex MS. pl. 23.

11. M. IOH. ACHAT. COLERVS, Heilsbronna-Francus, in illustri Casimi-
riano Coburg. LL. OO. et Mathem. P. P.

dispu-

disputavit d. 31 Octobr.

de *diuina dispensatione circa legem omnibus hominibus latam*, Hebr. 9,
27, pl. 3½.

Anno 1708.

12. M. PHILIP. THEODOR. VERPOORTENNIVS, Coburgo-Francus, in
ill. Gymnasio Coburg. Eloq. et gr. lit. P. P.
disputavit d. 6 Aug.
de *fidei πληροφορία*, pl. 5.

Anno 1710.

13. M. IOH. GVIL. BAIER, Iencnsis, SS. Theol. P. P. O. et V. D. M. Altorfinus.
ad disputandum proposuit d. 27 Iunii,
Triada quaestionum ad diluuii sacram historiam pertinentium, pl. 3.

Anno 1712.

14. M. IOH. LAVR. IANVS, Solisbacensis, templi communis cathedralis
Oeringensis Antistes, ecclesiarum comitatus Hohenloico-Waldenburgensis
Superint. Primarius, Consistorii Assessor et Gymnafii Inspector,
disputavit d. 28 Aprilis,
de *Timotheo, ingenui pastoris typo*, ex utraque S. PAVLLI ad eundem
epistola, pl. 7½.

Anno 1714.

15. M. GODOFR. LVDOVICI, Barutho-Lufatus, Ill. Casimiriani Coburg.
Director et Theol. P. P.
disputavit d. 27 Iunii,
de *ualore sanguinis antediluuiano*, pl. 3.

Anno 1715.

16. M. IOH. CONR. SCHVVARZ, Coburgo-Francus, Ill. Coburg. Gymn.
Eloq. et gr. linguae P. P.
disputavit d. XVII. Cal. Sextil.
de *usu et praestantia daemonum ad demonstrandam naturam DEI*, pl. 3½.

Anno 1717.

17. M. AMAND. GOTTHELF FEHMEL, Leipnizio-Misnicus, Ser. Ducis
Saxo-Hildburghusani Consiliar. Eccles. Consistorii ducalis Assessor, colle-
gii Ernestino-Fridericiani Director, et Theol. P. P.

disputavit

disputavit d. 19 Februarii,
de *criteriis verae religionis communibus*, contra nostri saeculi impium po-
tissimum libertinismum, ut et latitudinariorum atque indifferentista-
rum strophas, pl. 7.

Anno 1718.

18. M. IOH. IAC. PFIZER, Norimbergensis, SS. Theol. P. P. et V. D. M.
in Acad. et ecclesia Altorfina,
disputavit d. 20 Iunii,
de *Apollo, doctore apostolico*, ex Act. 18, 24-28. *delineato*, pl. 5.

Anno 1722.

19. M. WOLFG. IAC. TROPANNEGER, Dresdensis, ecclesiae Bernstadien-
sis in superiore Lusatia Past. Primar.
disputavit d. 27 Iunii,
de *missione Moysi per chirographum desiderata*, ad Ex. 4, 13. pl. 3.

Anno 1723.

20. M. MART. FRISIVS, Ripensis, SS. Theol. in Acad. Kiloniensi Holsa-
torum P. P. O.
disputavit d. 26 Iunii,
de *eo, quod stilo scripturae dicendum est de internis bonis motibus, a*
 SPIRITU S. excitatis, speciatim iis, qui praecedunt fidem, pl. 4.

Anno 1724.

21. M. BERNH. GVALTH. MARPERGER, designatus sacrorum in aula re-
gia et elector. Saxonica Antistes Primarius, Consiliarius ecclesiasticus, et
Consistorii supremi Assessor,
disputavit d. 13 Iunii,
de *nexu veritatis cum pietate*, pl. 4.

Anno 1725.

22. M. IOH. BALTHAS. BERNHOLD, Salacensis, SS. Theol. P. P. O. et V.
D. M. Altorfinus,
disputavit d. 29. Maii,
de *minaci Bibliorum clausula*, ad Apoc. 22, 18. 19. pl. 3 ½.

Anno

Anno 1730.

23. M. IOH. DAVID BAIER, Ienensis, SS. Theol. P. P. O. et V. D. M.
Altorfinus,
disputavit d. 15 Iunii,
de *ecclesiae pressae felicitate*, pl. 4.
24. M. IAC. GVIL. FEVERLINVS, Norimbergensis, SS. Theol. LL. OO.
et Philos. primae P. P. O.
disputavit d. 19 Iunii,
ad art. XVIII. A. C. de *libero arbitrio*, harmoniam huius articuli fidei
cum ratione etiam ostendens, pl. 5.

Anno 1731.

25. M. SIGISM. FERDIN. WEISMVELLER, Onoldinus, Hydropolitani ca-
pituli Decanus, eiusdemque oppidi pastor primarius,
disputavit d. 23 Ianuarii,
de *festo tabernaculorum N. T. in festo natiuitatis CHRISTI celebrando*,
pl. 3 ½.

Anno 1738.

26. M. CHRISTOPH. FRID. TRESENREVTTER, Ezeluanga-Palatinus, SS.
Theol. P. P. et V. D. M. Altorfinus,
disputavit d. 16 Iunii,
de *iniusta ἀμαρτωλοποιᾶ*, feu de *peccato eorum, qui ob innoxia facta*
 alios peccatoribus annumerant, pl. 4 ½.

Anno 1740.

27. M. LAVR. REINHARD, Ser. Saxonum Ducis Vinariensis ecclesiastes in
templo metropolitano, et in ill. Gymn. SS. Theol. Hist. et Mor. P. P.
itemque Soc. lat. Ienensis Sodalis,
disputavit mense Maio,
de *characterum sponsoris generis humani, quos theologia naturalis indicat,*
 usu in Theologia reuelata, pl. 3.

b

Anno

Anno 1744.

28. M. FRIDER. ERN. HASPEL, Sueuo-Halenfis, Venerabilis ministerii eccl. Candidatus examinatus, disputavit d. 11 Augusti, de *communicatione atque communionem idiomatum in CHRISTO, ceu fundamento praesentiae realis corporis et sanguinis CHRISTI in sacra coena*, pl. 5 $\frac{1}{2}$.

Anno 1746.

29. IOH. AVGVSTIN. DIETELMAIR, Norimbergensis, SS. Theol. P. P. O. et V. D. M. Altorfinus, disputavit d. 15. Sept. de *ἀποκατάσει πάντων scripturarum et fanatica*, ad Act. III, 21. pl. 4.
30. M. IOH. VALENT. ZEHNER, SS. Theol. Baccalaureus et Archidiaconus Silusiacus, proposuit d. 3 Oct. dissertationem alteram synopticam de *summa Evangelii symbolo apostolico comprehensa*, pl. 1: postquam priorem pro gradu Baccalaureatus theologici obtinendo, iam d. 30. Sept. 1740. Moderatore t. t. Decano, D. IOH. BALT. BERNHOLD, hic loci defenderat, pl. 3.

Anno 1753.

31. M. IOH. SALOM. SEMLER, Salfeldiensis, SS. Theol. vocatus P. P. O. in Acad. Fridericiana Halensi, disputandas proposuit d. 5 Maii, *observationes exegetico-criticas et miscellas, praecipue super 2 Tim. 3 et 4*. pl. 4.
32. M. IOH. BARTHOLOM. RIEDERER, Norimbergensis, SS. Theol. P. P. O. et Diaconus Altorfinus, disputavit d. 21. Iunii, de *genuino sensu oraculi divini Ierem. 31, 3*. pl. 3 $\frac{1}{2}$.

Anno

Anno 1759.

33. M. IOH. IAC. WELLER A MOLSDORF, Archidiaconus Ministerii Freyberg, et h. t. dioeceseos Ephorus Vicarius, exhibitus d. 9 Iulii, *quaestionibus de S. Coena ex Theol. Pastoralis et Casuistica*, pl. 3, abfens axioma Doctoris Theologi impetrauit.

Anno 1762.

34. M. ERH. ANDR. FROMMANN, III. Collegii Casimiriani academici, quod Coburgi est, Director, SS. Theol. P. P. O. Scholae Senatoriae Inspector et Soc. Teutonicae Altorf. Sodalis honorarius, proposuit d. 27 Octobr. *Topices PAVILLI Apostoli in fide saluifica ex V. T. probanda specimen*, pl. 3 $\frac{1}{2}$.

Anno 1768.

35. IOANNES GOTTFRIDVS HAVPTMANN, illustris Ruthenei Direct. et Sen. Soc. Lat. Ien. Litt. Lipsf. et Altorf. Germ. Soc. hon. disputavit d. III. Non. Febr. de *Re Sacri Fontis arcana vulgo coelesti uocata*. pl. 11 $\frac{1}{2}$.

Anno 1772.

36. M. IOANNES ANDR. SIXTVS, Suinfürtenfis, Theol. Prof. publ. ord. Altorfin. et Soc. Lat. Ienens. Colleg. honorar. disputavit d. 25. Iun. de *loco Paullino ad Rom. c. VIII, u. 19-25. opinionem G. Ch. B. Mofchii expendens, suamque ipsius subnectens*. pl. 3 $\frac{1}{4}$.

Anno 1774.

37. M. IOHANNES CHRISTOPH. DOEDERLEIN, Windshemens. Theol. Prof. publ. ord. et V. D. M. Altorf. disputavit d. 22. Mart. de *Redemptione a potestate diaboli insigni Christi beneficio*. pl. 5.

Anno

Anno 1783.

38. CHRISTIAN. GODOFRED. IVNGE, Norimb. Theol. Prof. P. O. et V.
D. M. Altorf.
dissertationem exhibuit d. XVII. Iun.
qua de duratione poenarum infernalium recentioris Auctoris sententia ex-
penditur. pl. 3 $\frac{1}{2}$.

Anno 1787.

39. M. IOANN. PHILIPP. GABLER, Francofurtens. Theol. P. P. O. et V.
D. M. Altorf.
disputau. d. XXI. Iun.
de Iacobo Epistolae eidem adscriptae Auctore. pl. 5.

Anno Iubil. 1797.

40. PAVL. IOACH. SIGISM. VOGEL, Norimb. Theol. P. P. O. et V. D.
M. Altorf. gradum Doctoris Theol. ab incluto Theologorum Ordine die
Iubilaei ipso, qui erat 29 Iunii, ob eruditionem suam satis superque
demonstratam legitime obtinuit.

Anno 1799.

41. GEORG. WOLFGANG. PANZER, Magister Iubilaeus, Capit. Eccles.
Cathedralis ad D. Sebald. Norimb. Praepos., Societat. Florig. ad Pegnes.
Praef. d. 29. Iun. gradum Doctoris Theol. ob merita sua in rem sacram
et litterariam ab ordine Theologorum legitime obtinuit.

